

Üdvözlő versek

733

KNY-18-00423

P R O
F A V S T O E T A V S P I C A T O
E V E N T V,
Q V O
S Y R M I I D V C A T V S
A
P E S T E
L I B E R A T V R.



STAC. TA TE GONAZ

STAC. TA TE GONAZ

STAC. TA TE GONAZ

STAC. TA TE GONAZ

STAC. TA TE GONAZ

STAC. TA TE GONAZ

P E R

ILLUSTRISSIMUM DOMINUM

SIGISMUNDUM LOVÁSZ

D E

E Ö T V E N E S ,

S. C. R. A. M.

CONSILIARIUM AULICUM,

AD EXCĒLSAM CANCELLARIAM R. HUNGARICO - AULICAM

REFERENDARIUM,

Insignis Ordinis S. Stephani Regis Apostolici

E Q U I T E M

Inclyti Comitatus Békesiensis

S U P R E M U M C O M I T E M ,

A C

I N R E S A N I T A T I S

Delegatum

C O M M I S S A R I U M R E G I U M .



1852
SIGISMUNDUS TOVAZZI
F. O. L. I. O.
S. O. L. I. T. A. R. I. U. M.
L. I. B. R. A. R. I. U. M.

CONSTITUTIONAL MEDICINE

AND ESPECIALLY OF THE LIVER

BY FERDINAND

TOVAZZI, M.D.

BONNEN

1852

STREBENK & CO. PUBLISHERS

1852

BY THE AUTHOR

1852

CONSTITUTIONAL MEDICINE

KNY-18-00423





O D E.

Jamjam flagello penitus obrutum,
Extrema passum vix mala (*) Syrmium
 Gemebat; instans jamque fatum
 Pannonici metuere fines.

Discissa bello, diffidiisque atris
Europa, compos praeteriti, pavit;
 Nec dira distabat procella,
 Ni dederat meliora coelum.

Cæsar, tonantis munia subgerens,
Onus paternæ sollicitudinis
 Uni Hungaro fidit deditque,
 Consilium sapiens secutus.

(*) Annis proxime elapsis bello, fame aliisque arumnis Syrmium divellebatur.



Quo, nescius vinci, Amphytrionias
Lernæam in Hydram robore polluit,
 Illo Hic opus magnum est adortus,
 Illo adiit tutuditque Pestem.

Jo Triumphe! Heus! Syrmiaci, demus
Divis benignis thura: per Hunc Virum
 Ab arduo erepta est periclo
 Hæc Patria, atque Lares redempti.

Illum nec alior, nec rabies Noti,
Nec ulla Cæli vis vaga terruit;
 Pro Patria lucrum putavit
 Fundere divitias diesque.

Vidi admoventem consilio, atque ope
Ipsis misellis sæpe solatium:
 Vidi; atque erit mi totum in ævum
 Cum lacrumis meminisse dulce.

Felix!

Felix! qui, abacta Pestis imagine,
Veni ad Palæstram, Te Duce, & Auspice (*).

Vidi; atque Te vicissè vidi:

Historiæ referent Trophæa.

Si fausta Tales Hungarico Solo

Impertientur Numina Filios,

Haud invidēbit Pannon unquam

Romuleæ Generositati.

At jam, corona tempora Apollinis

Cinctum, manet Te Munificētia

Augusti; Europæque cunctæ,

Et Patriæ pia vota grata.

(*) Excelsum Consilium Regium Locumtenentiale Hungaricum, Benignissimo Decreto sub Nro. 1295, ad Inclytam hanc Regiam Sanitatis Commissionem dimisso, votis meis plenarie satisfacere dignatum est; ut scilicet pro re nata, & propriæ experientiæ causa gratuitam in locis huc pestifera infectis operam præstare possem. Inclytæ huic R. Sanitatis Commissioni taliter commendatus Pestino huc alacriter in arenam descendi: Quibus autem me Illustrissimus Dominus Commissarius Regius Favoribus gratisque, præter præstita mihi ad omnigenam observationem mediâ cumulaverit, etsi compertus, dicere non valeo: Gratitude tantum perpetuo duraturæ, illud demonstrare datum erit, cui explicando & lingua, & calamus est impar.



Honos laboris stat Tibi præmio:

Mercedem anhælet, larva cui est Decus.

Themistocli Victori Athenæ

Intuitu pretium tulerunt (*).

Hæc, Cæsarum quondam Inclyta Regia,

Actorum adhuc non immemor usuum,

Apollinæres capta Lusus (**),

Debita Numinibus rependet.

(*) Themistocles Victor a bello redux, Athenas in Amphitheatro comparuit, ubi famosi celebrabantur lusus; seque satis remuneratum iri ratus est, quod spectatores omnes, neglectis lufibus, fixos ad se obverterint oculos.

(**) Romani post pestem feliciter superatam, Apollinaribus lufibus, T. Livio referente, grates Diis reddebant.



Præ Gaudio ovans

Joseph a Gautieri,

Ph. & Med. Doctor P. A. ex Colonia

Intrepidorum, & variarum Academiærum

Membrum.

NEOPLANTÆ,

Typis Joannis Jankovits, Privil. Typogr. & Bibliopol.